

Clemens IV. papa, Crucifensis adquisi:
ta et acquirenda de paganis, con:
firmat, et sub protectionem sedis apo:
stolica recipit.

126

Clemens episcopus servus servorum Dei, di:
lectis filiis..... magistro et fratribus hospitalis
sancte Marie Theutonicorum Ierosolimitanꝝ, sa:
lutem et apostolicam benedictionem. Openis
evidentia declarante, quòd vos ad hæc ferven:
ter insistitis, ut cultum catholicae fidei, tam
in orientis, quàm Prussia ac Livonia, et in
conterminis eis partibus ad Dei gloriam am:
plietis, sedi apostolica delectabile redditur, ut
vos gratiosi favoris affluentia prosequatur. Hinc
est, quòd nos vestris supplicationibus inclina:
ti, omnes terras, regiones, castra, villas seu
oppida, et quaecumque loca, quæ vos adiuti su:
sudio exercitus Christiani enipere poteritis de
manibus paganorum, dummodo non perti:
neant ad aliquos Christianos, vel Christiani
ea non possiderint, à tempore cuius existat
memoria, exnunc in ius et proprietatem
beati Petri suscipimus, et illa sub speciali
protectione ac defensione apostolica sedis, post:
quam ad Christianum cultum reducta fuerint,
perpetuis temporibus permanere sancimus,
ipsaque vobis et domui vestre cum omni
iure et proventibus suis ac decimis eainde
proventibus, concedimus in perpetuum liberè
possidenda

possidenda, ita quod terre, regiones, castra,
ville aut oppida et loca huiusmodi, per vos
aut quoscumque alios, nullius unquam
subiciantur dominio potestatis. Volumus ta-
men quod postquam illa Deo propitio à
vobis fuerint acquisita et possessa pacifi-
cè, vos omnium ipsorum, et predictarum
etiam decimarum, certam partem ecclesiis
earumque prelatiis constituendis ibidem, iux-
ta providentiam sedis apostolicæ teneamini
assignare. Nulli ergo omnino hominum li-
ceat hanc nostre protectionis et concessio-
nis infringere, vel ei ausu temerario contrai-
re. Si quis autem hoc attemptare presump-
serit, indignationem omnipotentis Dei et bea-
torum Petri et Pauli apostolorum eius se
noverit incursurum. Datum Berusij secundo
Kalendas Junij, pontificatus nostri anno
primo.

Ta łopia przepisana z oryginalu par-
gaminowego, dnia 25. miesiąca Paz-
dziernika 1782. roku. U dotu na sznur-
ku z idwabiu żółtego i czerwonego
kręconym, wisi pięć stowian.
Na idney stronie tej pięć, są
wymione osoby Piotra i Pawła
z literami u góry: S. P. A. S. P. E.
na drugiej stronie: Clemens P. P.

III